



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

§. 3. Passio quàm Christo chara, dulcis. Ex Veteri. Ex Novo.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)

§. III.

Passio quàm Christo chara, dulcis.

Ex Veteri.

Ego ostendam omne bonum tibi. Ex. 33.

18. 19. Hebr. ego transire faciam omne bonum meum super faciem tuam. S. August. in Exod. q. 154. ita legit: ego transibo ante te in gloria mea. Et subiungit: ille quippe intelligitur loqui, & dicere, transibo ante te, de quo dicit Evangelium Joan. 13. 1. quia venit hora ejus, ut transeat &c. de hoc Mundo ad Patrem: qui transitus etiam Pascha interpretari perhibetur. Hæc itaque magna omnino prophetia est. Hæc sunt divitiæ, & omne bonum Domini, quod ostenditur Moyfi. Moyses avehat cernere illum candorem Lucis æternæ, in quem desiderant Angeli prospicere. Sed denigrata facies ei objicitur, obscurata in Passione, turpata in Cruce, pallefcens in morte, in qua non est species, neque decor. Ab hac videnda non inhibetur Moyses: nam qui hunc vultum morientis, & lividam faciem mortui, prospectat, non moritur, sed vivit. Passio, & mors omne bonum Jesu est; à qua vita permanat æterna: omne criminum malum dissolvitur; & mors ipsa moritur. Bonum, in quo omnia bona naturæ, & gratiæ, Angelis, & hominibus, donare disposuit Deus &c. Arcones in ll. 3. 11. Disc. 6.

Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrente voluptatis tuæ potabunt eos. Pl. 35. 9. Hefychius in Catena Græca: voluptatis torrente charissimos potat. Torrens voluptatis, fuere Christi poenæ. De torrente in via bibet. Pl. 109. 7. voluptatis merito dictum est: nam Christus in delicijs erat, cum pro nobis pateretur. Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 1. obs. 4.

Sol cognovit occasum suum. Pl. 103. 19. August. Christus agnovit Passionem suam. Sol exultat, ut gigas, ad currendam viam suam. Pl. 18. 6. Sic noster sol, ut gigas fortissimus exultavit ad cruciatu percurrendos. Barradius D. Quinquages. tom. 3. l. 6. c. 9.

In die desponsationis. Cant. 3. 11. Id est redemptionis humani generis, quæ fuit dies lætitiæ Christi. S. Isidorus hic. Dies Passionis fuit dies lætitiæ cordis ejus. S. Justus Orgelit. hic. Ostendunt filiabus Sion desponsationis dies inter Dei Filium, Verbum, & Ecclesiam, in ejus Passione celebratos. Diem verò lætitiæ cordis Christi esse Spiritus S. edocuit diem, quæ lugubriter gaudebat Judæus, & lætitiæ lacrymas in morte Christi fundebant Apostoli. Aponius l. 5. in Cant.

Egredimini &c. ib. id est, convertimini ad Christum, & considerate Passionem ejus; in qua, scilicet mater sua, Synagoga coronavit eum: quod fuit in die desponsationis illius, id est Christi: quia in Passione sua univit sibi Ecclesiam, dans sanguinem suum in pretium. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 3.

Veni in hortum meum sponsa. Cant. 5. 1. O qualis est hortus ille sponsi deliciarum! quàm

omnium odoratissimorum florum, & suavissimorum fructuum varietate, copiæque refertus hic hortus, ipsius nex, sive Passio. Philo Carpathius hic.

Butyrum, & mel, comedet. Il. 7. 15. Quando hoc factum? Nota, quod David dicit Pl. 80. 17. de petra melle saturavit eos. Non legimus, quod Deus eduxerit mel de petra; sed, ut explicat S. Chrysof. (quem vide hęc locò) quod illis pro siti aqua, tanquam mel, dulcis fuerit. Et hoc sapiens dicit Prov. 27. 7. anima saturata calcabit favum, & anima esuriens etiam amarum pro dulci sumet. In hoc sensu dico; quod Christus ita sitiverit pro nobis dolores pati, ut hi essent ejus mel, & butyrum; quò magno perè delectabatur. Diez fer. 3. D. Resurr.

Ex Novo.

Ipsè verò dormiebat. Matth. 8. 24. V. Beda l. 3. in Luc. navis crux Christi est: quam cum Dominus ascendit, in ea dormivit. Requies enim Domino crux; passio pulvinar. apud Escob. t. 1. Mir. Chr. l. 1. obs. 6. hęc.

Transfiguratus est ante eos. Matth. 17. 2. Tribus, ex quatuor dotibus beatitudinis, Christus usus est: subtilitate, cum nascitur; agilitate, cum ambulat super aquas; claritate in Thabor; nunquam impassibilitate: ad eò enim æstimabat illam, ut nec pro instanti, dum vixit, passibilitatem suspenderit; sed semper, tanquam rem pretiosissimam, sibi retinuerit. Sylveira hic q. 3.

Ascendens Jesus Jerusalem, assumpsit duodecim Discipulos secreto. Matth. 20. 17. cum de morte & passione sua discere vellet. Cur secreto? Author Imp. quia semper pretiosior thesaurus in melioribus vasis includitur. Ità Christus flagra sua, probra & crucem, non apud quosvis, sed apud Discipulos deponit. Did. Nils. f. 4. D. 2. Quadr.

Potesis bibere calicem? Matth. 20. 22. Calicem, Passionem nominat; vel propter somnum, quem facit; vel quod lætitiæ causa sit, ac nostræ salutis. Theophylactus in Matth. 26. 28. Calicem hęc locò crucem suam, ac mortem appellans: calicem quidem, quoniam cum voluptate illam adibat. S. Chrysof. tom. 6. hom. de petit. fil. Zebedæi.

Poculum dicit martyrium, & suam mortem simul ostendens; quod leve sit: & quod oporteat nos tam facile illud aggredi, quàm si bibendum esset poculum. Et declarans, quod ipse suaviter accedat ad mortem. Sicut enim bibens poculum statim dormit gravatus; sic & qui martyrij poculum bibit, in mortis somnum defertur. Theophylactus hic.

Dicendo poculum, seu calicem, insinuat mortem dulcem, & desiderabilem in salutem hominum. Id. in Joan. 18. 1.

Plurima autem turba straverunt vestimenta sua &c. Matth. 21. 8. Inde processerat gloriosum illud palmarium festum, quod tibi fieri, & celebrari, voluisti tunc, cum pro nobis passurus abires: ut Mundo tui cordis alacritatem ostenderes: cum tot floribus ornatus

ad nuptias crucis ire volueris. Mihi videtur, Domine; te non ivisse ad mortem, sed ad sponsalia; cum tantum sit festum, ut illud in via tibi celebrari præcipias. Stella de amore Dei Medit. 16.

Dicebant excessum ejus. Luc. 9. 31. Quid facitis Moyses, & Elias? affligentes animam Christi. Quis regi in lautissimo convivio triste ferat nuntium? *Si Musica in luctu importuna narratio.* Eccl. 22. 6. nonne luctus in convivio quoque erit? R. sicut lætitia tempore colloquium misces de ijs, quæ maximè læta sunt; ita res omnium dulcissima Christo Passio est. Petro dixit Matth. 16. 23. *vade post me Sathana.* Bis ex mellifluis ejus ore verbum *Sathana* exivit. Primò illud dixit dæmoni tentanti Matth. 4. 10. Secundò Petro, quem paulo antè beatum dixerat. Quò verbò dæmonem repulit suadentem, ut, Patris adoratione relicta, cum adoraret; eòdem repulit Discipulum, impedire volentem Passionem, & salutem nostram. Et sicut infinitum Paternæ gloriæ desiderium fecit cum tam acriter tentationem illam excipere: ita in homines flagrantissimus amor effecit; ut eòdem verbò repelleret impedientem Passionem. Oforius D. 2. Quadrag.

Et tertià die resurget. Luc. 18. 33. Vide, quem finem sortita est Passio Christi? sanè lætissimum. Lætissimum habent finem labores, & dolores. Barradius D. Quinq. tom. 3. 1. 6. c. 11.

Venit autem dies Azymorum. Luc. 22. 7. Deliciæ Christi sunt, quæ pro nobis perulit, supplicia. Nam in Phasæ, & liberantis Dei, & liberati Israel, triumphus recurrit. Quid verò nostram? quid Dei parat lætitiã? Israel epulatur, Christus agnus Patris occiditur. Æquè ille in necis anticipatione, ac Israel in liberantis auspicio suæ lætabatur, suamque duxit triumphum futuræ aliquando mortis in occiso agno vaticinium. q. d. Phasæ, quod celebratis, commune mihi, vobisque, festum est: gaudium quisque suum degulset; vos epulando, ego moriendo. Oliva l. 13. Strom. hic.

Erat autem - Joan. 7. 2. ego autem non ascendo ad diem festum istum. v. 8. S. Aug. q. 78. novi test. ascendit, non quasi ad diem festum, sed quasi ad litem: illi enim omnes læti ascenderunt, quasi ad perfruendas delicias diei festi. Certum est enim, quòd non ascendit ad diem festum: is enim illi fuit dies festus, quâ passione suâ redemit Mundum. Hic dies festus ejus, in quo vicit mortem. apud Sylveira hic q. 4.

Nunquid subeunda morti etiam contumelias opus fuerat? sed faginari voluptate patientia discessurus (Christus) volebat. Tertull. l. de Patientia.

Christus venit ad regionem nostram, accipere, quòd hic abundat, flagella, colaphos, contumelias, spineam coronam, crucem, mortem; ad talia commercia venit. S. August. t. 9. fragm. 7. Et f. 13. de temp. mercatus est à nobis, quòd hic abundat; nasci, & mori. Resurgere, & in æternum vivere, hic non erat. Invenit hic viles merces terrenas, & pro terrestribus attulit

Polyanth. Sacra. Tom. II.

peregrinas, & cœlestes. apud Did. Nils. D. 1. Pent. §. 1.

§. IV.

Passionis Domini gloria.

In sole posuit tabernaculum suum. Pl. 18. 6. Qui rem aliquam in sole constituit, is illam per totum, quem sol illuminat, orbem evulgare velle videtur, ut omnes illam videre possent. Quale verò illud tabernaculum, quòd Deus in sole posuit? S. August. in qq. testam. vet. q. 71. *in sole posuit tabernaculum suum,* id est, corpus suum, quòd à Pilato flagellis cœsum est. Christus enim tanto ornamento sibi ducit; quòd pro hominibus flagra, & probra, passus sit; ut, cum alij virgis cœsi, nè innotescant, tenebras sectentur, ipse solem quærat; in quo tabernaculum suum, corpus, inquam, sanctissimum flagris miserimè concisum statuat: ut omnibus sit conspicuum; & sol per omnes regiones circumferat famam flagellorum ejus, & gloriã Passionis. Did. Nils. in die Jovis sancto §. 1.

Vidi Dominum sedentem super solium excelsum. Eccl. 1. 6. 1. id est: vidi in spiritu Dominum, omnium Jesum Christum propter Passionem mortis, gloriã, & honore, coronatum. Illud verè excelsum est solium; & ab humilitate humana, quâ pati dignatus est, longè elevatum. S. Rupertus hic.

Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam. Il. 46. 13. O magne Deus! quam gloriã fuit, quam Jerosolymis ostendisti; ubi confusus, flagellatus crucifixus, ac demum mortuus fuisti? Hac ait, est gloriã mea, pati, mori pro hominibus; & quòd illis est utilius, hoc ego honestius mihi, & gloriosius duco. Diez fer. 6. D. 1. Quadrag.

Et erit in die illa, dom erit lux - Et erit dies una, quæ nota est Domino: non dies, neque nox. Zach. 14. 6. 7. S. Cyrill. quale est hoc ænigma? dies illa neque dies est, neque nox: quomodo eam vocabimus? Respondet: non erat dies: quia non perpetuò ab oriente usque ad occasum sol lucebat; sed à sexta, usque ad nonam tenebræ factæ sunt. Nominavit autem Deus tenebras noctem. Propterea neque dies, neque nox: non enim tota luxerat, ut vocaretur dies; neque tota tenebræ, ut vocaretur nox. Et dies illa nota Domino: hoc est, diem Veneris, quò passus Christus, profunde impressum, & insculptum, memoria suæ Deus habet. At num & alios non novit dies? inquit Cyrillus, Respondet: multæ sunt dies; sed dies illa, dies Passionis Domini, quam fecit Dominus; & illa dies nota Domino. Nulla dies est, quam nesciat Dominus; sed illa, quâ passus est, & mortuus; majoris præcij, amplioris honoris, illustrioris gloriæ, dies fuit: ut propterea tam Christus tanquam suam agnoscat, illaque sese recreet, pascat, & oblectet. Did. Nils. die Jovis f. §. 1.

Magister volumus à te signum videre. Matth. 12. 38. *non dabitur ei, nisi signum Jone Propheta.* v. 39. Cur non potius in excellentiæ suæ manifestationem dat eis potentia signa;

o o